

trum, & circumferentia; sed duntaxat, quantum distat ortus ab occidentē. Quō intelli-
 gitur illud Matth. 24. 31. *A summis colorum usque ad terminos eorum.* Cæli hic non
 proprie, sed pro telluris extremo, quo nobis cælum & terram coniungi videtur. Id est,
 ab extremis terræ; à Solis ortu usque ad occasum: hinc *Cælorum*, quia ibi Sol, ex cu-
 ius ortu plaga orientis, & cuius interitu occidentalis plaga. Quod quidem signat à *tota*
terra: ab uno terræ extremo usque ad aliud. *A summo terra usque ad summum eius*:
 dicitur Ierem. 25. 33. Hoc est, ab vel in *universa terra*. Totum ergo exprimitur in
 Script. huiusmodi eloquio, ut vidimus num. 17. & indicatur Exod. 26. 28. *Vestēs mit-*
tentur per medias tabulas à summo usque ad summum: id est, per totum: ab extremo
 in extremum; à principio usque in finem: à fede usque in falligium. Aliter intelligen-
 dum est, in *cælo sursum* & in *terra deorsum*; quippe tunc intelligendum non totum in-
 ter extrema, sed totum à centro orbis, quod in terra, usque in latiore circumferentiam
 & ambitum.

20 Obvia modò Tautologiæ expositio. *Deus ipse est in cælo sursum & in terra*
deorsum (idem Iosue 2. 11-3. Reg. 8. 23. & alibi: ubi Perf. In *cælo desuper*, in *terra*
deorsum nullus est ultra. Rab. Ionath. *Habitat in cælis superne*, & *dominatur in terra*
inferne) idem est, ac *Continet omnia*, Sap. 1. 7. Est ubique per essentiam, seu subflan-
 tiam, presentiam, & potentiam: de quo videtur D. Thom. 1. part. quaest. 8. art. 3. Vel
 Ethnicus dixit in *Hyum*. Orpheus: & Aratus in *Astronom.* in princip.
Sunt Iovis omnia plena.

Arat. *Oceani ad fines expansa est, & manus illi*
 Orph. *Undique dextra: sub pedibus subiectaque terra est.*

Constat testimonijs sacris. Amos 9. 2. & Psalm. 138. 7. *Quod ibo à spiritu tuo? Et quod*
à facie tua fugiam? Si ascendero in cælum, tu illic es. Si descendero in infernum, ades.
Si sumsero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris; etenim illic manus
tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Similiter Psalm. 102. 22. dicitur: *In omni*
loco dominationis eius: quippe ubique regnat, ut dicitur Iesai. 66. 1. non solum in cælo
 & in terra, sed ultra esset, si esset ultra, de quo Tom. 3. Tautolog. 9. *Ostendit, omnia cir-*
cundare, cælum metiri palmo, & terram pugillo concludere (ait Gregor. Magn. Homil.
 18. in *Exach.*) *Ipsè est interior & exterior: ipsè inferior & superior.* Regendo superior,
 portando inferior, replendo interior, circumdando exterior. Sicque est intus, ut portet: sic
 circumdatus, ut penetret: sic presidet, ut portet: sic portat, ut presideat. Plura dixi in hunc
 modum, Tom. 3. Taut. 6. a num. 7.

21 Verum notandum in presentī Tautologia, sermonem non esse de immensi-
 tate Dei, sed de ubiquitate: quippè Deus immensus erat in se, sicut nunc est, necessa-
 riò; est nihil extra se produceret. Esse autem ubique, non est necessarium in Deo ne-
 cessitate absolutâ, sed respectivâ ad creata; necessitate conditionatâ: igitur si aliud sit
 (quod liberum in Deo, producere) necesse est, ut ibi sit Deus ratione sua immensita-
 tis. Vide, & gaudebis legeris, eximia apud Suar. in *Metaphys. disp. 30. sect. 7.* Unde hu-
 iusmodi existentia Dei in creaturis, est supponat immensitatem, ut actualiter sit, pen-
 det ex actione ad extra: nihil enim extra Deum ab æterno realiter existit. Dicimus au-
 tem esse ubique per essentiam, quia in ipso vivimus, movemur & sumus: per presen-
 tiam, quippe omnia nuda & aperta sunt oculis eius: & denique per potentiam, quoniam
 omnia portat verbo virtutis suæ. Aliter alij, sed audiendus Gregor. ubi dudum
 Homil. 8. Unus (ait) vivificat omnia, qui creavit: Deus qui ubique est, & ubique
 totus est: quod incircumscriptus & incomprehensibilis, sentiri potest, & videri non po-
 test: quod nusquam deest, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe est: quod nec ibi
 deest ubi longe est; quia ubi non est per gratiam, adest per vindictam: quod omnia tangit,
 nec tamen equaliter omnia tangit: quedam enim tangit ut sint, nec tamen ut vi-
 vant, & sentiant; sicut sunt omnia insensibilia. Quaedam tangit, ut sint, vivant &
 sentiant, nec tamen ut discernant, sicut sunt bruta animalia. Quaedam tangit, ut sint,
 vivant & sentiant, & discernant, sicut est humana & Angelica natura: & cum ipse
 nunquam sibi metipsum sit dissimilis, dissimiliter tangit dissimilia. Quod ubique presens
 est, & inveniri vix potest: quod stantem sequimur, & invenire non valeamus. Ponamus
 ergo ante oculos mentis, quæ illa natura sit, quæ tenet omnia, implet omnia, circumplecti-
 tur omnia, superexcedit omnia, sustinet omnia: neque alia ex parte sustinet, atque alia
 superexcedit, neque alia ex parte implet, atque alia circumplectitur; sed circumplectendo
 implet, implendo circumplectitur, sustinendo superexcedit, superexcedendo sustinet. Ecce

AA. 19. 18.
 Hebr. 1. 4.
 & 4. 13.

Quomodo
 Deus est in
 rebus per
 substantiam,
 presentiam
 & potentiam?

Greg. Mag.

modus Dei in tebris. In cunctis igitur est, & ad cuncta sursum & deorsum. Canit Seneca
 in *Medea* à v. 477.

*Dividat vastum mare,
 Divinatque tellus abâta, & quisquis sub hoc
 In alia versus sidera, & Solem avium
 Dependet orbis.*

Senec.

Alia collecta ex Ethnicis vide apud Clement. Alexand. lib. 5. *Stromat.* In huiusmodi cogitationem succinit Prudentius 2. in *Symmach.* v. 933.

*Nam quantum subiecta situ tellus iacet infra,
 Dividiturque ab humo convexi regis cæli.*

Prudent.

Ex infinitate (attributo in Deo ratione distincto) inferitur immensitas. Infinitas igitur
 negat terminum in perfectione essentiali: immensitas verò terminum negat in essen-
 tiali presentialitate, qua exprimitur modus existendi divinæ infinite naturæ, ex quo
 conditionatâ operatione ad extra, sequitur ubiquitas: cum ergo nihil creatum, nisi cælum
 & terra, in quibus continentur omnia, tanquam in circulo aut orbe, cuius periph-
 eria cæli, cuius centrum terræ punctum; ut notescat cunctis, in cunctis Dei ubiquitas,
 dicitur apud: *Deus ipse est in cælo sursum, & in terra deorsum.*

Discrimen
 infinitatis,
 immensita-
 tis & ubi-
 quitatis.

22 Inquires & merito, cur non dicimus: *Pater noster, qui es ubique*; sed *Pater*
noster, qui es in cælis? Vel Profani fatentur ubiquitatem, ut vidimus num. 20. & Virgil.
Ecol. 3. vers. 60.

Matth. 6. 9.

A Iove principium Musæ: Iovis omnia plena.

Virgil.

Etiam Aurel. Symmachus (in quem iure duobus lib. invehitur Prudentius) lib. 10.
Epist. 54. inquit: *Omnia quidem Deo plena sunt.* Et Aratus ubi supr. *Plena via, pleni*
vici, plena fora, plenum mare: omnes denique Iove pleni sumus. Si dixerimus iuxta
 Tertullian. de *Præscript.* cap. 10. *Ero itaque nusquam, dum ubique convenior.* Senec.
Epist. 2. *Nusquam est, qui ubique est.* Euripid. in *Orest.* v. 568. *Ille miser est, & nusquam,*
 & ubique. Et Martial. lib. 7. *Epigr.* 72.

Symmach.

Arat.

Tertull.

Quisquis ubique habitat, Maxime, nusquam habitat.

Martial.

Aliqui PP. dixerunt. Chrysof. in *Epist. ad Colossens.* cap. 2. Damasc. lib. 1. de *Fid. Or-*
odoxæ. cap. 8. August. libell. 83. quæst. 20. Anselm. in *Monolog.* cap. 22. & Athanas.
 ad *Liberium* libell. & alij astruunt, Deum nusquam esse, & esse ubique. Pro omnibus
 responder Angustin. lib. 5. de *Trinit.* cap. 1. *Intelligamus Deum sine situ presentem.*
 Non est in Deo ubicatio, sed ubiquitas. Non circumscribitur, neque diffinitur loco.
 Tanquam in loco nullibi est, & est nullibi, non tanquam loco adæquato, qui eum conti-
 neat continentem omnia. Ubique est, sed sine situ: ubique est, & secum est, & in se est,
 sicut erat immensus, antequam esset ubique.

Quid sit
 Deum nus-
 quam esse?
 Augustin.

23 Ad quæsitum ergo supponendum vel ab Ethnicis Deo datum cælum pro, vel
 in habitaculum. Sic apud Virgil. 4. *Aeneid.* v. 268.

Cælum cur
 sedes Dei di-
 catur?

Ipsè Deum tibi me clara demittit Olympo

Virgil.

Regnator, cælum, & terras qui numine torquet.

Hesiodus in *Dieb.* & operib. & de Scuto *Hercul.* sicut Homerus passim. *Numen Olympi.*
Super habitator Olympi. Ovid. 1. *Metam.* fab. 6.

Homere.

Summo delabor Olympo,

Ovid.

Et Deus humana lustro sub imagine terras.

Insitum à natura cunctis gentibus ait Aristot. lib. 1. de *Cælo.* text. 3. Quid fides astruet,
 dum superfluitio concedit? Licet profiteatur, Deum esse ubique, signat cælum speciale
 thronum Dei, sedem & habitaculum, vel quia ibi gloria Dei elucet maxime, ut placet
 Maldonato; vel propter excellentiam, ut cogitat Caietanus; propter congruentiam &
 decorem; & astruit D. Thom. vel quia cælum nobilissimus locus mundi, ubi excellen-
 tia facit Deus opera, & seipsum dignis manifestat, regnat specialiter, colitur & adora-
 tur: ideoque subditur in Orat. Domini. *Sanctificetur nomen tuum: adveniat regnum*
tuum: fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra. Ibi tam Angelis, quam hominibus
 sese ostendit. Ibi gloria nostra, non ex cælis, licet Empyrium, splendidissimum flam-
 meum; sed ex Deitate revelata. Ibi post resurrectionem etiam gloriosis corporibus se-
 debimus; & erit habitaculum Dei cum hominibus. Thronus Dei dicitur, est ubique
 sit, vel locus specialis, ubi sese manifestat, & auxiliatur. Hinc Iacob Genes. 28. 16.
 ait: *Verè Dominus est in loco isto.* De templo 3. Reg. 9. 3. *Sanctificavi domum*
istam, quam adificasti, &c. Id est, speciali acceptione, ut ibi convenientes in ora-
 tio-

Locus Dei
 dicitur, ubi
 singulariter
 favet.

tionem, auxilium inveniant in tempore opportuno. Idcirco sedes Dei dicitur prospectu...

Cur si est ubique, non dicitur esse in terra Bernard.

Isai.

3. Reg. 6. 27

Interrogatio pro affirmatone.

August.

Sursum pro celo: Deorsum pro infimo loco.

Nominati- vus cum patri- a casu pro operativo.

Cælum pro aere.

Luc. 4. 9.

ft. Reg. 6. 33 Ioan. 8. 6. Epizeuxis in Script.

Cur si est ubique, non dicitur esse in terra Bernard. Isai. 3. Reg. 6. 27 Interrogatio pro affirmatone. August. Sursum pro celo: Deorsum pro infimo loco. Nominati- vus cum patri- a casu pro operativo. Cælum pro aere. Luc. 4. 9. ft. Reg. 6. 33 Ioan. 8. 6. Epizeuxis in Script.

24 Dirigatur ergo calamus in institutum. Pro superiore loco accipitur Sursum. Deuter. 32. 26. Non est Deus alius ut Deus rectissimi (id est, cæli, ut videtur Job. 38.)...

scribere. Vertens se in terram, scribebat in pulvere, superficie terræ. Sic alia in sensu contrario. Vortate cæli desuper. Elevatus in sublime. Ascendisti in altum. In excelsum supra. In celo fursum, &c.

25 Super & Subter, Supra & Infra, Sursum & Deorsum, & alias æquæ per contraria voces accipiunt, ac utuntur AA. profani, ut omnia, cuncta, universa per complexio-

Si cælum trahere in vota non possum, adibo profundum. Quod Isai. 56. 11. Asummo usque ad novissimum. Quo sensu immenitas Dei declaratur: siquidem quocunque se verterit homo, sive fursum, sive deorsum, ibi Deus cuncta continens, terram & cælum, supra & infra, sive in profundum inferni, sive in excelsum supra; quippequam Dominus ipse est Deus in celo fursum, & in terra deorsum. Audias Virgilium 12. Æneid. à vers. 891.

Verte omnes te in facies, & contrabe quicquid sine animis, sive arte vales: opta ardua peninis Astra sequi, clausumque cava te condere terra.

26 Cælum fursum & terra deorsum accipitur pro re immutabili, seu firmissima. Unde Servator N. quasi de impossibili loquens dicit, Luc. 21. 33. Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. Impossibile, q. d. cælum non esse fursum, terramque deorsum; verum inter indefectibilitatem positionis cæli & terra, & prædictio-

Manilius lib. 1. Astron. cap. 1. vers. 31. Iam cælum in terris, & sidera nota, & Ovid. Epist. 15. vers. 15. Terra feret stellas, cælum scindetur aratro. Horatius Epod. Odyss. 5. vers. 79.

Præiusque cælum fidet inferius mari, Tellure porrecta super.

Sidera cum radios spargent tellure sub ima. Ante leves ergo pascentur in æthere cervi, &c.

Quapropter Deus ipse in celo fursum & in terra deorsum; non solum indicat eius ubi-quitatem, sed æternitatem etiam. Hinc ibid. cap. 11. 21. Quando cælum imminet terra: hoc est, in perpetuum. Hebr. Iuxta dies cæli super terram. Ita Psalm. 88. 30. Ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli. Baruch. 1. 11. Ut sint dies eorum sicut dies cæli. Id est, diuturni quasi æterni, quanvis sint mortales: optative per hyperbolem. Nos vernacule dicimus: Mil. años. Genes. 24. 60. Crescas in mille millia. Vixeris usque in mundi finem, quandiu circum terram rotent orbis cælestes: usque in ecpyrotime. Serus astra petas, ut canit Lucan. in Adulat. Neron. Eodem sensu Seneca in Medea, à vers. 401.

Isai. 7. 11-45. 8. Prov. 30. 32 Ephe. 4. 8. Ad. 2. 19. Sursum & Deorsum col- lectio. Senec. Cicero. Erasim.

Voces oppo- site pro uni- versitate.

Virgil.

Dei ubique- ita.

Virgil.

Cælum fursum & terra deorsum pro re immutabili. Goltzi.

Seneca.

Horati.

Sax. Virgil.

Quid dicit cæli.

Hyperbole in Script.

Lucan.

Descriptio
diuturni te-
poris.
Senec.

In Oedip. vers. 503. & in Hercul. Octavo fuit, ubi consulas crudum Delirium;

Idem.

Dum terra caelum media libratum feret,
Nitidasque certas mundus evolvet vias,
Numerusque arenis deseruerit, & Solem dies,
Noctem sequentur astra, dum siccas polus
Versabit arcus, flumina in pontum cadent.
Lucida dum current amossi sidera mundi,
Oceanus clausum dum fluctibus ambit orbem,
Lunaque dimissos dum plena recoliget ignes,
Dum matutinos praecedit Lucifer ortus,
Altaque caruleum dum Nerea nesciet Arcos.
Ante nasctur seges in profundo,
Vel fretum dulci resonabit unda.

Deus aeternus.

Sic alia multa: ex quibus in nostram Tautologiam eruitur sensus: Deus scilicet fursum & deorsum, in caelo & in terra est ipse & aeternus. Illa duratura, & quantum illa ille. Etsi illa peritura, non tamen ille; quoniam si non esset, ubi esset, nihilominus immensus esset, sicut est, fuit & erit. Vide Bernard. serm. 31. in Cantico.

Aliquando
per excre-
scam ex-
pri-
mitur, quod
supponitur.

27 Multoties, ut saepe dixi, tam in sacris, quam in profanis AA. non tantum rei entitas, sed ornatus designatur & locus: exprimiturque suppositum, quod satis notum designato situ. Plura diximus Tom. 2. Tautol. 6. a num. 2. ad illud: *Stellas caeli: & Tom. 1. Taut. 2. a num. 26.* ad illud: *Piscibus maris, volatilibus caeli, & bestijs, universaeque terrae.* Pariter in presenti designatur caelum, & terra, dum satis erat fursum & deorsum, vel contra: additurque situs in ordine rerum pro rerum ordine. Pro caelo Virgil. *Ecolg.* 4. vers. 7. *Caelo demittitur alto.* 8. *Aeneid.* vers. 423. *Ignipotens caelo descendit ab alto.* Manil. lib. 1. cap. 1. vers. 39. & cap. 2. vers. 32. *Caelumque supernum.*

Sursum &
Deorsum pro
rerum ordi-
ne.
Manil.
Ovid.

Summaque complexus stellantis culmina caeli.
Ovidius lib. 1. *Metam.* fab. 1. *Quod tegit omnia caelum.* 2. fab. 1. *Caelumque quod imminet orbi.* Plautus in *Cissellar.* Act. 2. scen. 3. vers. 78. *Quid nunc supina fursum in caelum conspiciat?* Oppian. lib. 2. de *Venation.* vers. 70. *Caelum latum supernum.* Etiam Tertullianus in *Genes.* vers. 16. succinit:

Tertull.

*Et stellae tremulo radiantes lumine fixit:
Haec elementa dedit subiecto insignia mundo.*

De terra similiter loquuntur, uti videbimus num. 36.

Psal. 87. 13.
Infernus cur
dicatur bu-
monum cor-
poris?

28 Negotium nobis modo facessit illud David: *Erastis animam ex inferno inferriori.* Apud Platonicos corpus hominis respectu animae dicebatur Infernus. Ita igitur mythologia de palude Stygia, ac de quatuor inferni fluminibus denudatur. *Platonici* (ait Vinc. Chartar. de *Imag. Deor.* in *Platon.* fol. 197.) ea volunt in hac vita contingere: hunc enim mundum infernum vocant; in quem animum tunc dicunt descendere, cum vitae mortali corpori coniungitur, ubi primum ei Letheus fluvius occurrit; cum scilicet rerum praecedentium oblivione capitur. Ex hoc ad Acherontem transit, qui letitiae privationem significat: animus enim res caelestes oblitus, omni statim voluptate destituitur, quam in illarum contemplationem sentiebat. Itaque est in maxima maestitia; & id sibi vult, cum palude Stygia circumdatur: ex quo in luctu atque lacrymis versatur, quas Cocytbi nomen representat. Phlegeton autem cum ab igne nomen trahat; ira ardore, aliorumque animi morborum aestus, quibus in hoc corpore incendimur, atque torquemur, designat. Haec deliria sunt, quae impugnavimus Tom. 1. Tautolog. 4. a num. 12. quippe supponitur animas rationales ante corpus fuisse creatas, & cognoscere non esse cognoscere, sed remanisci; quod quidem error Origenis 1. *Periarch.* cap. 7. & Levin. Lemnij de *Miracul. natur.* lib. 2. cap. 2. Catholico sensu hic Augul. inquit: *Intelligimus tanquam duo inferna esse, superius & inferius. Nam unde infernum inferius, nisi quia est infernum superius? Aliud non diceretur inferius, nisi in comparatione illius superioris partis. Videtur ergo fratres, esse quaedam habitatio caelestis Angelorum, ubi vita ineffabilem gaudiorum, ubi immortalitas & incorruptio, ubi omnia secundum Dei donum ad gratiam permanentia. Illa pars rerum superna est. Si ergo illa superna est, haec terrena, ubi caro & sanguis, ubi corruptibilitas, & nativitas & mortalitas, ubi desectio atque successio, ubi mutabilitas & inconstantia, ubi timores, cupiditates, errores, letitia inerte spes fragilitas, caduca substantia, puto, quia omnis ista pars non potest comparari illi caelo, de quo loquebatur. Si ergo illi parti haec pars comparatur, illa superna est, haec inferna: & post mor-*

Vinc. Carr.
Mythologia
fluminis in-
ferni.

Augustin.

mortem, quod hinc, nisi sit infernum inferius hoc inferno, in quo sumus in carne, & in ista mortalitate? Corpus enim mortuum est (ait Apostolus Rom. 8.) propter peccatum. Ergo & hic sunt mortui, ut non mireris; quia infernum dicitur, si mortuis abundat. Non enim Corpus mortuum, sed corpus mortuum est. Roa late tractat de *Singular.* cap. 4. afferens olim corpus appellari infernum; quippe cum illo vita infelix propter diversos contrarios animi motus & in opposita. Caro (ait Paulus Gal. 5. 17.) concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: haec enim sibi in vicem adversantur. Vivideque, dum ad Rom. 7. 24. exclamat: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Non de morte corporis, sed de corpore mortis, propter quod infelix homo. Hostes (inquit Seneca de *Tranquill.* cap. 1.) ex occasionebus assillentes, per quos neutrum licet: nec tanquam in bello paratum esse, nec tanquam in pace securum. Claudian. de 4. *Consul. Honor.* vers. 260.

Quomodo
mortuum,
quod mori-
tarum.
Roa.

Rom. 7. 24.

Senec.

Claudian.

*Servitij patiere iugum: tolerabis iniquas
Interiori leges: tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris rex esse tui: proclivior usus
In peiora datur, suadetque licentia luxum,
Illecebrisque effrena favet.*

29 Haecine distorti intelligentis Manichaei, ut inquit, taxatque Augustin. lib. 6. contra *Falsum*, cap. 8. & de *Heresib.* cap. 46. in homine binas conticebant animas, unam bonam, alteram malam: unam caelestem, aliam infernalem: unam a Deo, alteram a diabolo: unam corruptibilem, incorruptibilem aliam, ut asserit Anton. Mirandulan. lib. 32. unam spiritualem, aliam materialem, ut Iacobitz autamarunt apud Genadium de *Dogmatib. Ecclesiast.* cap. 14. Imo iuxta affectiones & passiones animi (more Stoicorum, de quibus Diogen. Laert. lib. 7.) in 8. partes unam diviserunt, quasi passiones & affectus ex se mali & boni essent, cum solummodo dicantur boni vel mali iuxta, vel ultra rationem, ut diximus *Tautolog.* 5. a num. 6. & statuit etiam Aristoteles 2. *Ethicor.* cap. 5. Totum igitur falsum, uti ahruit Genes. 2. 7. *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viventem: non in animas.*

Una solum-
modo ani-
ma in homi-
ne, & haec
bona, & a
summo bo-
no.

30 Apud Echnicos maxime, terra dicebatur caelum, sed respectivè. Quapropter sicut terra dicitur infernus respectu caeli, ita dicitur caelum respectu inferi. Macrobi. lib. 1. de *Sonn. Scipion.* cap. 20. & lib. 2. cap. 11. *Mundus proprie caelum vocatur.* Senec. in *Hercul. Furent.* vers. 565. inquit:

*Trifibus inferis
Prospectus pateat lucis, & in vias limes
Dei faciles ad superos vias.*

Superos, id est, viventes super terram in luce. Hinc vers. 422. *Inferna tetigit, possit ut supra assequi.* Virg. 4. *Georg.* vers. 486. *Superas veniebat ad auras:* id est, in hanc lucem. Idem 6. *Aeneid.* vers. 1288. & vers. 241. *Supera ad convexa ferebat.* Cerd. hic in vers. 436. num. 4. *Tritum* (ait) *mortales dici superos, terram istam caelum, cum relatione ad inferos.* Ovid. lib. 1. *Metam.* fab. 7.

Superi pro
mortalibus
viventibus

Et caelo terras ostendit, & aethera terras.
Macrobius ubi dudum lib. 1. cap. 3. inquit: *Caelum hic regionem vivorum vocans: quia sicut Dij nobis, ita nos defunctis superi habebimur.* Virgil. 10. *Aeneid.* vers. 40.

Ovid.

*Superis immissa repente
Aethro, medias Italium bacchata per arbes.*

Virgil.

Eadem acceptione Adrian. Turneb. in *Adversar.* lib. 8. cap. 17. Astruit etiam Hieronym. *Epist.* 59. ad *Avit.* antiquorum sententiam. *Quibus dictis* (ait) *nititur approbare, & firmamentum, id est, caelum, ad comparationem superioris caeli esse inferos: & hanc terram, quam incolimus, collatione firmamenti inferos appellari: & rursum ad comparationem inferorum, qui subter nos sunt, nos caelum dici; ut quod alijs infernum est, alijs caelum sit.* Quo intelligens sensum (nos aliquando dabimus aptiorem in sacra) sententiae abstruse in *Smaragdina Hermetis Trismegisti tabula*, ut exhibet in *Prodrom. Copt. Kircher.* ubi:

Hieronymus

*Caelum fursum, caelum deorsum,
Astra fursum, astra deorsum.
Omne quod fursum, omne id deorsum,
Haec capere & prosperare.*

Merc. Tris-
macg.

T

Vide

Vide alia apud Diodorum Siculum lib. 1. cap. 2. & illud Democriti Abderitæ in Physicæ & Mysticæ libell.

Democrit.

Natura nature subjicitur:

Natura nature dominatur.

Avris secundum intermundum verticem. Videtur favere versio Chaldaica, quæ in loc. præfat. Psalm. legitur De inferno terreo. Hieronym. De inferno extremo. Sic Hesiod. in Theogon. inquit, vers. 720.

Hesiod.

Poëtarum cogitatio fuit: Virgilius ubi supr. num. 15. & Valer. Flacc. lib. 1. Argonaut. vers. 581.

Tantum infrà sub terram, quantum cælum distat à terra, Par enim spatium à terra in tartarum caliginosum.

Virgil.

Tartarus in præceptis tantum tendit que sub umbras, Quantus ad atbercum cæli suspectus Olympum.

Valer. Flac.

Torqueri possunt testimonia sacra. In inferno deorsum, quasi esset infernus sursum. Pro- verb. 15. 24. De inferno novissimo. Isai. 7. 11. In profundo inferni, hoc est, in infernum profundum. Ex ipsis Ethnicis efformari potest impugnatio; quippe, uti vidimus supra, surgere vel venire dicunt in superiora; & in infernum non scanditur, sed descenditur; imò impossibile revocare gradum, superasque evadere ad auras: ut ait Virgil. 6. Æneid. vers. 128. Euripid. in Alcest. vers. 511.

Ab inferno non est reditus.

Euripid.

Non reduces unquam ab inferis defunctos ad superos. Seneca in Hippolyt. v. 623. Nullam reliquos fecit ad superos viam. Idem in Hercul. Oeteo, v. 1525. & in Furent. v. 864.

Senec.

Vide Pausaniam lib. 5. qui apud Plutonis domum signat vestes sine clave. Unde Anacreon in Epigram.

Est formidanda Ditis spelunca, qua gravis ingressus: Nam ascensus patere nunquam potest illi, qui semel descendit.

Anacr.

Sic possem congerere alia, sed ne protrahatur Tautologia, superfedeo. Ubi ergo infernus dicitur proptere alia, non est de terra respectu superioris orbis; sed respectu superficiæ terræ, in cuius centro est infernus, vel respectu aliorum inferorum situs, uti dicemus, Innuat Seneca in Hercul. Furent. v. 830. accinens:

Iusserat mundi petere fundum.

Senec.

32 Infernum aliqui Ethnicorum arbitrati sunt fabulam, vel si aliquid, obscuritatem & tenebras. Ita planè videtur pluribus Christianis videri, dum ita vivunt, quin recogitent corde: quandoquidem verum quod Profanus dicit loc. cit. v. 625.

Infernum apud Ethnicos fabulosa.

Virgil.

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas.

Et aliquibus Christiani.

O miser! Serò erit, Ergo erravimus, etsi lassati in via iniquitatis per semitas faciles & difficiles.

Hiatque rupes alta, & immenso specu Ingens vorago faucibus vastis patet, Latumque pandit omnibus populis iter.

Senec.

Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis, In que omne mersum percat humanum genus: Nec ire labor est. Ipsa deducit via.

Idem.

Ubi supr. à vers. 664. inquit Seneca, & verè, dum tragediam agit: erratque miserè, dum serò loquitur. Cogita (inquit de Consolat. ad Martiam, cap. 19.) nullis defunctum malis affici. Illa que nobis inferos faciunt terribiles, fabula est. Nullas scimus imminere mortuis tenebras, nec carcerem, nec flumina flagrantia igne, nec oblivionis animum, nec tribulationem, nec reos ullos in illa libertate tam laxa: nullos iterum tyrannos. Luserunt ista Poëta, & vanis nos agitaverunt terroribus. Mors omnium dolorum & solutio est & finis

finis; ultra quam mala non exeunt, que nos in illam tranquillitatem, in qua, antequam nasceremur, iacimus, reponit. Quippini hæcine dicturos, stultus factus à sapientia humana, ubi 2. qq. natur. cap. 42. Deum esse, ab hominibus asserit optime fictum? Respondet deliria primo Macrob. de Somn. Scip. lib. 1. cap. 11. Qui primum (profert) Pythagoram & qui postea Platonem secuti sunt, duas esse mortes, unam anime, animalis alteram, prouiderunt: una ex his manifesta & omnibus notæ est, altera non nisi à sapientibus deprehensa. Per alteram animalis mortem, absolui animam: per alteram verò, animam de luce ad quasdam tenebras mortis impelli, vocabuli testamur horrore.

Duplex mors, vel ab Ethnicis cognita, Macrob.

33 Ita igitur Stoicus ad hæc sententia, ut regeret Epist. 24. Moriar? Desinam mori posse. Non sum tam ineptus, ut Epicuream cantinellam hoc loco persequar, & dicam vanos esse inferorum metus, nec Ixionem rotæ volvi, nec saxum humero Sisyphi trahi in adversum, nec altius viscera & renasci posse quotididè & carpi. Nemo tam puer est, ut Cerberum timeat & tenebras & larvarum habitum nudis ossibus coherentium. Dixerat prius Oration. pro Aul. Cluentio Cicero. Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? Nisi fortè ineptiis, ac fabulis ducimur, ut existimemus illum apud inferos impiorum supplicia perferre. Plinius inter hominum superditiones enumerat curam post se de futuro, libroque 2. cap. 63. inquit: Si ulli essent inferi, iam profectò illos avaritia, atque luxuria cuniculi refodissent. Theognis in Carmin.

Senec.

Cic.

Non ullas quem terra tegat post funera, quique Ierit ad Ditis, Persephoneque domum.

Theogn.

Hunc Græcum secuti sunt ferè Latini Poëta. Luvenal. Satyr. 2. corruptelam civium orti existimat ex incredulitate inferorum: inquit ergo vers. 149.

Esse aliquos Manes, & subterranea regna Et Pentum & Stygio ranas inurgite nigras, Atque unâ transire vadum tot millia cymba Nec pueri credunt.

Iuvenal.

Idem regerit Satyr. 13. vers. 50. Nec rota, nec furia, nec saxum, &c. Pythagoras apud Ovid. 15. Metamorph. fabul. 3. fuccinuit:

O genus attonitum gelide formidine mortis! Quid Styga, quid tenebras, & nomina vana timetis, Materiem Vatum, falsique pericula mundi? Corpora sive rogas flammâ, seu tæbe vetustas Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.

Ovid.

Videris Natal. Comit. lib. 3. Mytholog. cap. 19. Idem delirium Lucretij lib. 1. de Rer. natur. vers. 110.

Nunc ratio nulla est restandi, nulla facultas, Aternas quoniam penas in morte timendum.

Lucret.

Usquequaque iterat magis Atheus, quam Ethnicus. Pro cunctis Propertius lib. 3. Eclog. 5. à vers. 39.

Sub terris sint iura Deum, & tormenta gigantum, Tisiphones atro si furit angue caput. Aut Alceadonia Furia, aut ieiunia Phinei, Num rota, num scopuli, num sitis inter aquas. Num tribus infernum custodit faucibus antrum Cerberus, & Tityo iugera pauca novem. An ficta in miseris descendit fabula gentes, Et timor haud ultra, quam rogas, esse potest.

Propert.

Plato quoque lib. 1. de Republ. penas inferorum dicit fabulas in puerorum terrorem: quem sequitur Petronius Arbitr in Satyr. & alij eiusdem furfuris. Pro nostro instituto Macrob. ubi dudum inquit: Inferos non in corporibus esse; sed certam mundi ipsius partem, Ditis sedem, id est, inferos vocaverunt. Ipse Seneca ubi supr. v. 746.

Macrob.

Certos inclusos tenet Locus nocentes: ut que fert fama, impios Supplicia vinculis sæva perpetuis domant.

Senec.

34 Relictis igitur Ethnicorum erroribus, & etiam acceptione inferorum pro sepulchro, uti Genes. 37. 35. Descendam ad filium meum lugens in infernum: quod sæpe alibi; infernus dicitur oblatio peccatoris, & infernus superior, quippe ita tunc pec-

Infernus pro sepulchro.

Pro oblatione peccatorum, sicut in inferno obnoxij tormentis. Ita D. Thom. in illud Psalm. 9. 18. *Convertantur peccatores in infernum.* Cor lapideum habent: induerunt supra petram. *Infernum superiorem esse peccatum* (inquit Hieronym. in praefat.) & *inferiorem, locum pœnae aeternae pro peccato.* August. etiam hic dupliciter exponit. *Vel duo inferna* (ait) *quorum in uno quiescerunt anima iustorum, in altero torquentur anima impiorum.* Vel fortassis apud inferas est aliqua pars inferior, quò traduntur impij, qui plurimum peccaverunt. Hunc locum aliqui Ethnicorum vocabant Tartarum, ut vidimus supra n. 15. & 31. & Homer. *Iliad.* 8. v. 301. & sic à Corn. Nepote ex Darete.

Quid Tartarus apud Gentiles?

Daretes. Corn. Nep.

Vide plura, & selecta apud Natal. Comit. lib. 3. *Mytholog.* 11. Unde Lucretius lib. 4. de *Rer. nat.* v. 417.

Lucret.

Purgatorij apud illos. La Zerd.

Respectum praebeat sub terras impetò tanto,
A terris quantum caeli patet altus hiatus.
La-Zerda in 6. *Aeneid.* Virgil. v. 608. n. 1. subdit: *Hic scias ex Ethnicis, habuisse Tartarum, eo loco quo nos infernum: infernum verò, eo loco quo nos Purgatorium.* Itaque cruciandà in aeternum, ducebantur ex illorum doctrina ad Tartarum, purgandà ad Infernum.

35

Pro veritate, & in literam optimè D. Thom. 3. *Sentent.* quaest. 2. art. 1. quaest. 2. *Quadruplex est* (inquit) *infernus.* Unus est infernus damnatorum: in quo sunt tenebrae in quantum ad carentiam divinae visionis, & quantum ad carentiam gratiae; & est ibi poena sensibilis: & hic infernus est locus damnatorum. Alius est infernus supra istum, in quo sunt tenebrae, & propter carentiam divinae visionis, & propter carentiam gratiae; sed non est ibi poena sensibilis: & dicitur Limbus puerorum. Alius supra hunc est in quo sunt tenebrae quantum ad carentiam divinae visionis, sed non quantum ad carentiam gratiae; sed est ibi poena sensus: & dicitur Purgatorium. Alius magis supra est, in quo est tenebra quantum ad carentiam divinae visionis, sed non quantum ad carentiam gratiae, neque est ibi poena sensus: & hic est infernus SS. PP. & in hunc tantum Christus descendit quantum ad locum; sed non quantum ad tenebrarum experientiam. Alij terminis exponit Lorinus hic, sed idem sonant. Modò in textum. *Eruiisti animam meam ex inferno inferiori.* Inferior non per Pleonasmum, ut indicat hic Genebrardus: sed pro inferno damnatorum accipiendus. David gratias & iurè agit Deo, eò quod iuste damnari posset tot flagitijs lethalibus commissis: & exultat quia eius Dominus transiit peccatum, et si non poena reatum, quae temporalis eius misericordià, cum deberet esse aeterna; ita ut descenderet in infernum inferiorem, sive in profundum inferni: & modò deletà culpà, & collatà gratià non descendet in locum damnatorum, sed in PP. limbum: igitur ni poeniteret, & gratià iustificasset, in infernum inferiorem moriens descenderet. Esse in inferno dicitur homo, mortifero gravatus peccato, esse vivat: ita idem Psalm. 114. 3. *Pericula inferni invenerunt me.* Inveniunt pericula, dum tentationes urgent: vita appropinquat in inferno deorsum (Eccli. 51. 9.) dum concipitur delectatione peccatum. *Dolores inferni circumdant* (Psalm. 17. 6.) dum assentitur peccato, quod consummatum generat mortem, ut impenitens anima, quae iam in inferno peccati per crimen, descendat crucianda in infernum inferiorem. Ideo dicitur: *Cadet superbus* (peccator impenitens) & *corruet*; quippe poenitentia non surgit. In peccato fedet, in inferno superiori exultat, ut in inferiorem quasi ex lubrico descendat. Unde Bernard. serm. 1. in *Paschib.* num. 16. *Redite* (inquit) *prevaricatores ad cor, & toto corde querite Dominum, & odite malum, poenitentes non verbo, & lingua, sed opere & veritate.* Non satis cecidisse piget banninem, qui adhuc manere disponit in lubrico.

Quadruplex infernus.

D. Thom.

Psalm. 114. 3.

Infernus inferior pro prie infernus.

Cur peccatum inferni?

Ier. 50. 33.

Bernard.

36

Infernus profundum, ultra quod non ibi.

Hocce gratiae beneficio donatus, & divinae clementiae largitate bene meritis Psalm. 93. 17. exclamat: *Nisi quia Dominus adiuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Hic est infernus inferior. Caiet. *A focea inferiori.* Arabic. *De profundo inferni.* Eccli. ubi dudum, vers. 7. *De altitudine ventris inferi.* Varijs phrasibus apud profanos, Euripid. in *Alceste.* vers. 370. *E fundo solo.* Homer. 17. *Odyss.* vers. 316. *Profundum in profunditatibus.* Plaut. in *Menach.* Act. 2. scen. 1. vers. 10. *Profundum in fundo.* Terent. in *Eumuch.* Act. 3. scen. 2. vers. 36. *Infra infimor.* Senec. in *Hercul. furente.* vers. 891. *Nibil ultra iacet inferos.* Et vers. 380. *Iusserat mundi penetrare fundum.* Ovid.

Ovid. lib. 15. *Metam.* fab. 3. *Terra dum tollitur ima.* Stat. 3. *Silvar.* vers. 702. *Viscera terre.* Virgil. 3. *Aeneid.* vers. 577. *Fundoque exaestuato imo,* & 7. vers. 91. *Imis Aethyonia affatur Aeorinis.* Ita igitur designari solet profunditas, ultra quam nihil, & etiam hic, num. 15. astruximus. Intellegitur modò, cur in novo testamento, ut signetur infernum, non solum dicitur Gehenna, sed Gehenna ignis. Locus hic erat profunditas in Valle filiorum Ennom, qui dicebatur Tophet, in quo idolum Moloch (diximus Tom. 3. *Tautolog.* 4. num. 49.) in cuius manibus adurebantur infantes. Quare sumpta analogià à loco profundo & ignis cruciatu, infernus dicitur Gehenna ignis; quasi non solum vorago, & Avernus, barathrumque, sed ignis; quippe plures voragine sine igne, & hic ignis & vorago sine exitu, imò aeternus ignis: qua de causa Matth. 18. 8. 9. modò dicitur ignis aeternus, modò Gehenna ignis.

Quid gehenna ignis.

37 *Constituet te Dominus in caput & non in caudam, & eris semper supra & non subter.* Chald. *Faciet te Dominus fortem, & non infirmum & eris semper superior & non inferior.* Reg. Complutens. *Imperabis tu gentibus multis, & tui non principabuntur.* Maluenda: *Et eris tantummodò ad supra, ascensionem in excelsum: & non eris ad deorsum inclinationem in declivem.* Rabb. Ionath. *Eritis tantum elevati non despecti.* Perf. *Dabit te Dominus sublimiorem omnibus gentibus terra, & sub te erunt.* Venet. *Et eris in sublimi, & non in obscuro.* Alia sparsa in Litera. Ad mores ergo reliqua, ne descendamus cœcutientes in profunda.

Varietas Lecti.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilogus Exkurs.

- 1 *Eris supra, & non subter.* Loca difflita, sed iungenda loca. Subter homines fumus, supra erimus: equidem ascensione Salvatoris in gloriam, erimus supra, qui subter habitamus super terram.
- 2 *Eris supra, & non subter.* Subter & supra videntur in Virgine-Matre, ex eius in caelum admirabili assumptione: igitur quae subter homines in orbe deplorabili terrarum, exaltatur in caelestibus super choros Angelorum.
- 3 *Eris supra, & non subter,* si dignum meritis munus; quippe in honore tunc honos: etenim si absunt dignitatis merita, erit subter, quod est supra, appositis frustra pro munere meritorum, meritis à fortuna vana à munere.
- 4 *Eris supra, & non subter:* supra & subter eris, mancipatus sub peccatis: etenim qui supra exlex vivit in peccato, subter iacet in inferno.
- 5 *Eris supra, & non subter,* constitutus in caput, & non in caudam. Sublimitas & inferioritas non pendet à loco dignitatis, sed à meritis: estque cauda interior, qui instat capitis dignitate sublimior; quippe stolido elato per dignitatis insignia, ut cognoscatur plenè, deficit cauda.
- 6 *Eris supra, & non subter.* Meritum extollet, demeritum subvertet: nec commutabuntur loca, nisi per merita vel demerita, prout dicit ratio, quin discernat affectio: igitur si affectioni vel leve datur iudicium, quae fursum, erunt deorsum; & quae deorsum, collocabit fursura.

DIDASCALIA PRIMA.

Dum Christus penetrat caelos, etiam suprema homines penetramus.

Corona triumphantis datur servis.

GRyrum suum perfecit Iustitiæ Sol, quo relicta nobis splendissima adhuc in tellure lux: equidem dum perfectus circulus, elevatum etiam terrenum corpus; ut homines fursum sint, quippe elevatus est Sol. Corona quae debebatur triumphanti, ubi Roma de victoria plaudebat; servus portabat, Vide Orozium lib. 1. cap. 34. & Rosin. 10. de *Antiq. Roman.* cap. 29. Ecce quid nobis victor mortis Christus attulit, dum mortem vincendo perterritit igitur nobis in caelestibus data corona, cum ab illo usque ad deliquium sanguinis commissa pugna. *Ingrediturque globum Luna, lumenque reliquit.* Claudian. *Hinc Phœbi permissus iter, flammamque lucentem:* Ma.

Claudian.